UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Tormentum

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

ſc...dens nubem ſuam qua eſt euolãs aliam nubem, inuenit ſiccam conſtrictam, & impingit in illam, & ex colliſione facit ſonum quandoq; cum coruſcatione. *Tertio*, egreditur vapor paruus & rarus, inflammatus ex nube tenui, & non multum aquoſa, & nunc videtur ignis, vt flamma alba per multum fumum, & in propria nube non facit ſonum, ſed ſi obuiat ei nubes aquoſa, flamma extinguitur, in vlla nube tumorem faciendo, vt ferrum candens in aqua. *Alb. Mag. de paſſ. aeris.*

Tonitru tripliciter egreditur à propria nube, ante inflammationem, in ipſa inflammatione, & poſt. Ante quidem, cum incipit comprimi in profundum acumen ſui, eo quod ſiccus eſt, penetrat nubem, & egreditur aerem, & commouet ipſum fortiter; vel debiliter, ſecundum virtutem ſuam, ideo ante tonitrua fiunt venti calidi, & fortes. In ipſa inflammatione quandoque vterq; eſt rarus & debilis, & tunc quia non inuenitur reſiſtens, egreditur ſine ſono vel vento, qui à nobis auditur, vt in æſtate, Poſt inflammationem: tūc pulſando latam nubem facit ſonum, ſed antequam pertranſeant, extinguitur, & ſonus auditur ſine coruſcatione *Alb. Mag. de paſſ. aeris.*

Tonitrui tempus aliud eſt in frigidis, aliud in calidis regionibus, quia in 5. 6 & 7. raro fortior eſt, & eleuat vaporem: in calidis ſcilicet 1. 2 3. & 4. generantur tonitrua in æquinoctialibus ſole exiſtente punctis, *ibid.*

Tonitrua quum audiuntur in ſignis hyemalibus, tunc eſt initiū veris, & forte per totum annum erit multus ventus, quam in alio anno, quia eſt ſignum multam eſſe in aere materiam. *Idem, ibid.*

Tonitrus veris tempore generatur, diſſoluta hyemali humiditate, ob calorem aeris effecti à ſole, vnde plurima rerum tollitur euaporatio, quæ, quia ſol non ad perpendiculum radios iaculatur, minus intenſus redditur calor, quam vt ipſum poſſit conſumere, & inde tonitrua & fulmina proueniunt. *Ioan. Franc. Picus Mir. de prænot. lit. 5. c. 4.*

Tormentum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

TOrmentum, Græc. βάσανος, ȣ, ὁ, dicitur. Et ſignificat omnem machinam ad torquendum ſaxa: quod veteres etiam tortum appellauere. Significat etiam dolorem corporis, ad eruendam veritatem. Veteres etiam poſuere tormentum pro quocunq; cruciatu. Venit autem à torqueo, cuius frequentatiuum eſt torto, & eius paſſiuum tortor, hoc eſt vehementer torqueo, hinc venit tortor, qui torquet, hoc eſt, cruciat, vel lapidem tormento iacet.

Tormentum, cruciatus, qui aut eruendæ veritatis aut criminis eruendi cauſa fieri ſolet à torque, i. crucio, i. βασανίζω, Inde βάσανος. Hebr. *Deabah* & *Daabon*, corruptio, à verbo *Daab* tabuit, languidus fuit, vt iis etiam accidere ſolet qui vel atrocis morbi, vel carnificum manus euaſerunt.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

De tormentis. Dial. LXV.

Franciſci Petrarchæ.

DOL.

Iniuſte torqueor. R. Quid nunc diceres, ſi iuſte? Nullum nempe tormentum conſcientia maius eſt, illa incolumi, hæc externa deſpicito, intra te eſt conſolator tuus. D. Torqueor prorſus indigne. R. Tortoris miſerere tui, ille te grauius torquetur, quamuis enim mūdus obſtrepat, minus mali eſt pati iniuriam, quam inferre. D. Torqueor. R. Nouum mali veteris lamentum, nunquid enim non antea torquebaris? inter tormenta natus, inter tormenta vixiſti, inter tormenta moriturus, quid nunc noui accidit? mutantur tormentorum ſpecies, tormenta non deſinunt, excute totum tempus ætatis, quem ſine tormentis diem egeris recordare. Aliqua falſis forſan gaudiis adumbrata reperies veris autem plena tormentis, quibus, ſi acriter æſtimes, nullam vitæ partem vacare fateberis, vnde non immerito quibuſdam omnis vita ſupplicium viſa eſt, ſed vos nihil minus, quam hæ philoſophicæ voces tangunt, hærent quidem aurium veſtibulo, mentis clauſtra non ſubeunt, hic ad omnem corporis offenſiunculam ingemiſcitis, animi iuge mortiferumq; ſupplicium non ſentitis, illic impatientes, hic hebetes. D. In equuleum leuor. R. Quid refert, in equuleum an in lectulum torquendus aſcenderis, te carnificis nodus premet? At hunc febris, hunc podagra, hunc vxor, hunc filius, hunc amica, hunc diuitiæ, hunc paupertas, hunc infinita cupiditas, ſpeſq; anhelat, hoc tortore quolibet peior metus, Perquire mortalium ſtatus, vix vllum inuenies non in equuleo pendentem. Sed quum mille ſint equulei, niſi lignum non timetis. D. Torqueor. R. Aut innocentia in tormentis, aut iuſtitia teipſum conſolare. Nam ſi iniuſte torqueris gaudendum eſt, experimentum tibi atque aliis & fulgor quidam tuæ virtutis acceſſerit, ... lati fragrantior ac notior fama erit, vt bene olean... ta & pulcherrima rerum, ne lateant, attoluntur. Si... acquieſce remedio, & concretæ ſordes flammis ... luuntur, & magni mali medicina triſtior ſi oportet ... tædet, amara non reſpuat, quem ſcelerum pœnitet ... recuſet. D. In equuleum tollor. R. Si immeritus, ... tiam alienam deſpicias. At ſi meritus, vnde à terr... um clarius aſpicias crimen, quoq; commiſſum dol... cti. D, Torqueor. R. Aut tentatur virtus, aut punitur ... ſæpe vtile: alterum ſemper expediens. Bona extr... ma nocentis impunitas. D. Torqueor. R. Diſce ... ad mortem.

¶ APOPHTHEGMATA.

Perſes negauit tormentis opus eſſe ad explorand... tem: vino enim id rectius fieri dicebat. Senſit autem ... mus, tantam eſſe vini immodice ſumpti potenti... quæ crudeliſſimis tormentis ex homine ſobrio e... *Vide prouerbium apud Eraſ. in vino veritas.*

Anonyma, Poppea, quæ prius adultera Neronis ... Octauia mariti potens facta, ſubornauit quendam ... niſtris, qui ei ſeruilem amorem obiiceret. Ancillis ... ſtiones pertractis, quædam cruciatu victæ, falſis a... dam perſtiterunt, dominæ ſuæ ſanctitatem prædic... inſtanti Tigillino reſpondit: caſtiora eſſe Octauia ... os eius. *Eraſ. 6. Apoph.*

Torpor.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

TOrpor, Græ. νάρκη, ης ἡ, & ναρκάω, torpeo dicitur ... *hatsluth*, à verbo *hatſal*. Piger fuit. Hinc ... Lat. aſellus, animal pigrum & iners. Eſt autem ... in executione boni, & eſt filia acediæ.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPH...

De torpore animi. Dial. CIX.

Franſc. Petrarch.

DOL.

Torpeo in agendis. R. Quis miretur, ſi poſt gula... uatumq; corpuſculum animi torpor obrepat? D. ... pore. R. Torpor hic ex imperfecta voluntate om... velle cœperis ardor erit, atq; impetus, qui cum ... mus, eſt optimus ad virtutem. D. Torpeo, & ... aſſurgo. R. Eſt torpor quidam animis obſitus, ... dam generoſa pars animæ: ſed & hic ardor accen... excutitur fuga temporis intellecta, quæ tanta e... quamuis celer animus, poſſit, & ſpecie virtutis ... eſt, vt ſi corporeis oculis cerni poſſet, (quod vult ... amorem paritura eſſet. Hinc te amor igitur, ... traq; res in ſomnis, neq; qui amat enim, neq; qu... let, & tamen hoc ipſum nec torpor, ſoporq; ... diuinas laudes ſurgentes nocte precamini non ... inertiæ, vbi vos hinc mors territat, hinc honeſta... inter magna pericula, magnaq; præmia conſp... ſpexeris, redibit vigor ad animum, fugiet ſomn... tis, quantum nunc etiam ſupereſt imperfecti, ... tioſi, quo quia non longas ætates inutiles eff... ſenes attonitos ac ſtupentes dicere. Quid h... Comedimus, bibimus, dormiuimus, ſero tand... cuius mali præcipua cauſa eſt torpor iſte, quem ... intempore ſtimulis induſtriæ, fræno prouiden... inglorium finem cum multitudine rapiaris.

Torpeſcimus manus potiſſimum & pedes ... ratio eſt, fit enim propter ſanguinis priuation... Manus autem, & pedes omnium maxime ... ſunt, & nerui vberes, ſed præcipue pedes, itaq; ... leriter ſua natura habiles redduntur. *Ariſt. probl.* ...

Vide Acedia, Pigritia.

Totum.

¶ DEFINITIONES ET ETYM...

TOtum Græce ὅλον, ȣ, τὸ, dicitur. Eſtque ... runt autem totus & omnis, quod totus ad ... tur, vt tota domus, tota vrbs, totum corpus ... Omne de vniuerſis dicimus numero diſtinctis, ... mnis grex. Confunditur tamen nonnunquam ...